

per evitare le sventure.

E difatti non solo
la gente rozza o
comunale,

ma anche l'uomo
riputato più avve-
duto incospica tal-
volta là dove cre-
deva di camminar
sicuro.

Chi non si ricor-
da d'aver bramato
molte cose vantag-
giosse, le quali, ot-
tenute, gli sareb-
bero state perfino
dannose?

D'essersi affati-
cato per uno scopo,
e d'aver conseguito
il contrario?

D'aver temuto
ciò che gli portò
poi onore; d'aver
stimato retto ciò
che gli riuscì poi
iniquo?

Or questa diver-
sità non sta nelle
cole, bensì in noi,
che, quasi ciechi,
andiamo tastando
la verità, e, mossi
da ambigue ragio-
ni, ci poniamo a
giudicare di cose in-
certe; onde spesse
volte siamo trattati
in errore.

Impariamo qui
dunque a fidarci
in Dio, ed a chie-
dere il bene al som-
mamente Buono;
sicuri inoltre che
quel ch' Egli dà
non può essere un
male;

e, se la nostra po-
chezza non giun-
gerà a tanto, rin-
graziamoLo alme-
no d'averci protetti
dal mal ancora più
gravi.

Così Dio ci sarà
propizio, e ci darà
la sua grazia

adversis, cum hoc ipsum, ex quo speraverat plurimum inventurum
se gratie, in gravem eius noxiā iturum erat, nisi fuisset Deo
miserante provisum, qui non dedit duriores fructus illum attulisse.
et sane non tantum in ^(a) insulsis ^(b) hominibus, qui sepe parum a
brutis distare videntur, vel in mediocribus, qui creberrime falluntur
seque ipsos libenter fallunt, sed in his quoque, qui intellectu^(c) ac
prudentia maiore videntur excellere, evenit id quod proverbio dicitur,
quod, dum munire ^(se) quisque intendit signo crucis, interdum di-
gito in oculum offendit. quisnam est enim, si modo quicquam
experientie rerum ^(d) habuerit, qui non meminerit, si quando in co-
gitationem hanc venit, multa sibi proficia, eaque se magnopere
desiderasse, qui postmodum deprehendit, si evenissent, non tam
inutilia quam etiam fuisse futura perniciosa; multa se fecisse unius
finis gratia, que sepe in aliud et quandoque in contrarium eva-
serunt; pleraque tamen ignominiosa exhorruisse, que subinde ho-
norem ac decus attulere; multa quoque apparuisse postremo ini-
qua, que prius visa fuerant recta. unde, queso, hec? unde tanta
varietas? non ex rebus ipsis est, que eadem^(e) manent aut non
facile^(f) tanta mutatione variantur, sed ex nobis, qui quasi per cri-
brum^(g) oculis caligantibus^(h) res intuemur, et veritatem veluti pal-
pantibus manibus inquirimus, ac, de rebus incertis per rationes
ambiguas parumque solidas impulsi, movemur⁽ⁱ⁾ ad recte iudican-
dum; in quo iudicio, ut equum est, frequentissime fallimur. quam-
obrem utriusque verbis monemur non confidere de nobis, sed
ab Eo petamus dirigi, qui nescit errare, atque ab Eo ipso, qui totus
bonus est et ipsum bonum est, nobis bona precemur: illud insuper
sentientes, sine quo^(k) superior ratio parum valet, ut non nisi bona^(l)
existimemus quecunque dederit ille, qui mala dare non potest.
quod si hoc admittere nostra imbecillitas non sustinet, sed mala
iudicat quecunque molesta sunt, gratias saltem agamus divine bo-
nitati, quod peiora prohibuit et maiore nos molestia turbari non
permisit. hoc est quod Deum nobis conciliat, cum eius cure nos
committimus arbitrioque submittimus. hoc eum nobis benignum

(a) *B C om. In* (b) *R Infimis* (c) *B in intellectu* (d) *B om. rerum* (e) *R eadem*
 (f) *B om. facile* (g) *B cribum* (h) *Codd. oculis caliginibus* (i) *B C moventur*
R corr. movemur (k) *B C sentientes sane quo R sentientes quo* (l) *R ut nisi bona*